

comparavi registra¹. Et quicquid tempore meo in civitate est perpetratum et hoc tangens utilitatem capellae, quod mihi notum est, et etiam procurationem, quam pro capella feci, conscribere propono et successoribus meis pro perpetuo memoriali relinquere volo.

Quantum ad curam non lateat, quod quando primo cum capella fui dotatus, dotem et domum capellae omnimodo destructam reperi, et quia aestivalis et delectabilis locus est, ideo ipsam funditus reaedificavi propria eleemosina et subsidio aliorum hominum devotorum, et ipsam usque ad terminum vitae meae inhabitavi et superius crucem ligneam figere feci et hoc cum consensu consilii civitatis, ut homines eam inspicientes dotem capellae et domum rectoris esse conspicerent.

Etiam maiorem campanam, quae pendebat supra testudinem capellae ex eleemosina propria et etiam aliorum comparavi, etiam tres fenestras magnas lapideas cum duabus ianuis lapideis incidi feci et lapicidis mercedem de propriis exposui et presbiterium cum pulpito et magnam capulam et cistam pro praeparamentis etc. nova^a et duas cruces et imaginem sancti Benedicti renovare feci. Et reliquias multas et iugerum agri prope Wanbele^{b,2}, quatuor solidos in domo Croin annuatim et 6½ solidos in Boclo et ceteris bonis³ procuravi, quia tunc temporis magnum subsidium habui a peregrinis visitantibus beatam Virginem in Aquisgrano et specialiter, quando reliquiae ibidem videlicet camisia beatae Virginis ostendebatur, ex petitionibus, quae fiebant per meos servos et petitores, quos infra posui ad portam inferius, et ex oblationibus, quas superius in capella recepi de peregrinis⁴.

Et etiam in festivitatibus magnis chorum sancti Reinoldi propter specialem petitionem pastoris ibidem visitavi, quod cum feci, et frequenter praesentiam inde habui.

Et reclusorium in primo anno, quando fuit mihi capella concessa, fuit combustum et etiam lobium capellae sancti Ioannis, quod simul reaedificare feci et parietes et testudinem capellae feci dealbare et depingere. Item contingebat, quod duae personae erant inclusae in reclusorio, quae ambae morie-

a) ABC 'novum'. b) C 'Wambele'.

1) Vgl. Einleitung S. 505. 2) Wambeln, Dorf östlich von Dortmund. 3) Der Besitz dieser 6½ Schilling 'in Boclo et ceteris bonis' lässt sich urkundlich nachweisen. Vgl. Rübel, UB. N. 446. 447 (a. a. 1329) und 581 (a. a. 1344). Dagegen vermag ich über die anderen in der Chronik erwähnten Besitzungen kein weiteres Zeugnis beizubringen. Ebenso wenig kann ich die Lage der domus Croin und die von Boclo bestimmen. Denn an eine Identität des letzteren mit einem der in Wilms' Westf. UB. III, 1130 und Erhard's Regesta historiae Westfaliae N. 488, Reg. 186, 1004 erwähnten Orte dieses Namens ist kaum zu denken; eher an die nördlich von Dortmund, zwischen Lindenhorst und Waltrop, gelegenen Baukloher Höfe. 4) Vgl. S. 540.